fuerit occupatuſ· Omneſ ergo in unū
poſiti compleant· Et exeunteſ autē a cō
pletoriiſ· nulla ſit licentia denuo
cuiquam loqui aliquid· Quod ſi in
uentuſ fuerit quiſquam preuari
care hanc taciturnitatiſ regulam·
graui uindicta ſubiaceat· Excep
to ſi neceſſitaſ hoſpitum ſuperue
nerit· aut forte abbaſ alicui aliquid
iuſſerit· Quod tamen & ipſum
cum ſumma grauitate· & modera
tione honeſtiſſime fiat·

DE HIS QUI AD OPUS DI· UEL
AD MENSAM TARDE OCCURRUNT·

AD HORAM DIUINI OFFICII MOX
ut auditum fuerit ſignum· re
lictiſ omnibuſ quelibet fuerint in
manibuſ· ſumma cum feſtinatio
ne curratur· cum grauitate tam·
ut non ſcurrilitaſ inueniat fomi

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 394, p. 108 – Calendar, List of the Abbots of the Monastery of St. Gall, Regula S. Benedicti, Rituals (http://www.e-codices.ch/it/csg/0394/108)